

mandata erant, clarissimos Iuris Consultos, hanc ut sibi viam novam iuris negotia pertractandi monstrarent, sollicitabant. Quod exemplo Domini de Schoenburg, Wolfii, Dynastæ in Glaucha, Waldenburg et Hartenstein probatur, qui a Georgio de Rotschitz, eius temporis Cancellario Fribergensi, librum Germanicum, qui ordinem et modum negotia in foro tractandi tradat, efflagitavit, ab eoque accepit (z). Eodem etiam animo fuit Amplissimus Senatus Zuiccaiensis, qui Chiliano Koenig I. V. D. et vrbis nostrae tunc temporis Syndico demandavit, ut ordinem processus judicialis, ad normam iuris civilis et canonici adornet: quod negotium susceptum ita confecit, ut eius expositio causarum forensium optima tunc temporis, et fere prima a Ictis praestantissimis censeatur. Titulum integrum huius operis, quod Senatui nostro maximo honori est, ut in medium proferamus, necesse erit: Ein fast seer und auserlesener, guter gebrauchlicher, nützlicher Proceß Practica, vnd Gerichts-Ordnung, aus beiden Keyserlichen, vnd Geistlichen, beschribenen Rechten, vnd derselben Fürnemesten, Hochberümpften, Glaubwürdigsten Schribenden, Lecturen, Rathschlegen, Tractaten, vnd Practicen, auch den Sechschichen vnd andern Gebrauch nach, wie sich der gemeiniglich begiebet und gehalten wirdet, allenthalben dermaß zusammengezogen vnd verfasset, auch von neuen mit sonderm hohen Fleis vberlesen, emendiret, vnd mit viel nützlichen Addicion sampt zweien gewissen Registern illustriret und verbessert, derogleichen vor nie mahls in Druck ausgegangen, allen Advocaten, Procuratorn, Notarien, vnd Gerichts- Personen, sonderlich dienstlich und zu haben notwendig durch den Hochgelehrten, berümpften, vnd wohlgeübten Juristen, Herrn Chilian König, beider Rechten Doctoren beschriben. M. D. XLI. in folio. In Calce operis legitur Lipsiæ istud in typographia Nicolai Wolrabii prodiisse. Praeter eam, cuius titulum dedimus, operis huius editionem, et aliam in forma quarta, eodem anno, loco et typographo typis impressum videre mihi contigit,

B 2

tigit,

Vindel. impressus est cum inscriptione. Von der Ordnung zu reden. Praeterea in manu mea sunt. Der richterliche Klagspiegel durch D. Sebastian Brand, qui liber, primum 1516. postea 1521. et 1553. etc. editus est in folio. Leyen Spiegel des Udalricus Trenglers Landvoigts zu Höchstädt, welchen Sebastian Brand herausgegeben, cuius editionem anni MDLX. possideo. Der Rechten Spie-

gel durch D. Iustin Goblern MDLVIII. (z) Titulus est: Processus iudiciarius, oder Ordnung der Gerichts-Läufe, qui prima vice 1529. et iterum 1530. anno vero 1543. quarta vice typis exsculptus est. Autor in subscriptione dedicat. ad Dominum de Schoenburg se ipsum cancellarium Freybergensem vocat. sub quo nomine procul dubio Syndicus vrbis Freybergensis intelligendus est.